



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2265. Fürst Bernhard von Anhalt verpflichtet sich dem Könige Ludwig, alle
Lehne dem Reiche wieder abzutreten, die er und sein Haus außer den
Stammbesitzungen inne haben, sobald der König ihn mit der ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2265. Fürst Bernhard von Anhalt verpflichtet sich dem Könige Ludwig, alle Lehne dem Reiche wieder abzutreten, die er und sein Haus außer den Stammbesitzungen inne haben, sobald der König ihn mit der Mark Brandenburg, dem Reichs-Erzämmerer-Amte und dem Kurfürstenthume belehnt, am 27. September 1320.

Nos Bernardus, dei gratia Princeps de Anhalt et Comes Alcarie, Notum facimus vniuersis prefencia inspecturis, Quod omnia et singula feoda, que nobis, Patruis nostris ac nostris heredibus contulit Serenissimus dominus noster dominus Ludovicus, Romanorum Rex, semper augustus, de sue liberalitatis Regie plenitudine copiosa, sibi et Romano Imperio vacabunt libere et solute, postquam idem dominus noster nobis ac nostris heredibus Marchionatum Brandenburgensem cum dignitate vocis in electione Regis Romanorum et Officio camere Imperii cum aliis dicti Marchionatus dignitatibus in feodum contulerit ac nos et heredes nostros more debito inuestiuerit de eisdem, preter Principatum in Anhalt, Comitatum Alcarie et alia bona, que nos et progenitores nostri ab antiquo a Romano Imperio tenuerunt. In cuius rei testimonium presentes litteras dedimus sigilli nostri robore consignatas. Datum in Franchenfurt, V^o. Kalend. Octobris, Anno domini Millesimo Trecentesimo vicesimo.

Nach dem Originale des Königl. Bayerischen Reichs-Archives in München.

2266. Die Herzogin Agnes stellt der Stadt Sandow, die sie hat befestigen lassen, eine Versicherung aus, am 23. Juni 1322.

Nos Agnes, Dei gracia, Ducissa Brunsvicensis, quondam Marchionissa Brandenburgensis, Recognoscimus publice per presentes, quod cum consensu et voluntate unanimi fidelium nostrorum consulum et ciuium in Sandow in tuitionem eorundem castrum ibidem construximus, ut ex ipso dictam ciuitatem nostram et terram, ac in ipsis habitantes eo commodius protegere valeamus, promittentes in his scriptis, quod ipsos nostros ciues presentes et futuros conseruare uolumus in omni gracia et libertate, quibus a nobis et nostris progenitoribus communiti, et ipsorum iura preseruare illesa, promittimus eciam, quod de eodem castro nulla mala aut incommoda dictis ciuibus in suis frumentis, lignis, graminibus ac aliis suis rebus, mobilibus et immobilibus, per nos, Capitaneos nostros seu aduocatos inferri debebant. Nullum quoque transitum seu viam de ipso castro faciemus, nisi portam, per quam ingressus et regressus hominis esse valeat, ualuam quoque ex eo non faciemus, nisi necesse fuerit, ut eam faciamus de consilio dictorum nostrorum ciuium, que dum necessaria non fuerit similiter de consilio dictorum nostrorum ciuium recludetur, porta nihilominus stante salua. Si quoque aliquando expediens nobis visum fuerit, dum ipsa ciuitas meliorata fuerit, tunc dictum castrum destrui faciemus. Ut autem premissa omnia et singula maneat inconuulsa, hanc litteram